

SENTENCIAS ESCOGIDAS


DE SAN JUSTINO,

Correspondientes al capítulo II. art. IV.

I. Si quæ scriptura proponatur in speciem, quæ videatur esse alteri contraria, cum persuasum habeam nullam his inesse contradictionem mutuam, citus fatebor me quæ dicuntur non intelligere, & ut de scripturis idem sentiant persuadere conabor adversariis. (*Dialog. cum Triph. n. 65.*)

II. Quicumque proximum ut seipsum diligit, quidquid boni sibi cupit, & illi cupit pariter: nemo autem sibi ipsi male vult; eadem igitur quæ sibi, proximo quoque optabit, & faciet, quisquis proximum ut seipsum diligit. (*Ibid.*)

III. Credendum est hunc Mundum alienum esse, & in eo nihil proprium, nisi Fidem & Religionem. (*Epist. ad Zen. & Ser.*)



SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE SAN IRENEO,

OBISPO DE LEON DE FRANCIA,

Correspondientes al capítulo II. art. IV.

I. Justis & præcepta ejus servantibus, & in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam ex poenitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris confert, & claritatem æternam circumdat. (*Adv. hæres. lib. I. cap. 10.*)

II. Melius est nihil omnino scientem quempiam, ne quidem unam causam cujuslibet eorum quæ facta sunt; cur factum, & credere Deo & perseverare in ejus dilectione quæ hominem vivificat; nec aliud inquirere ad scientiam, nisi Jesum Christum Filium Dei, qui pro nobis crucifixus est, quam per quæstionum subtilitates, & multiloquium in impietatem evadere. (*Lib. 2. cap. 26.*)

III. Tantæ igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum Apostoli, quasi in depositarium dives, plenissime in ea contulerint omnia, quæ sint veritatis; uti omnis quicumque velit sumat ex ea potum vitæ. (*Lib. 3. adver. hæres. cap. 4.*)

IV. Magi per ea, quæ obtulerunt munera, ostenderunt, quid erat, qui adorabatur. Myrrha quidem, quod ipse erat, qui pro mortali genere moreretur, & sepeliretur. Aurum vero, quoniam Rex, cujus regni finis non est. Thus vero, quoniam Deus, qui & notus in Judæa factus est, & manifestus eis, qui non quærebant eum. (*Lib. 3. cap. 9.*)

V. Eum, qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens, *hoc est Corpus meum*. Et calicem similiter suum sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo, ei qui nobis alimenta præstat, primitias suorum munerum in novo Testamento. (*Lib. 4. cap. 17.*)

ADICIONES.

I. Christus Dominus propter immensam suam dilectionem factus est quod sumus nos, ut nos perficeret esse quod est ipse. (*Adv. hæc. lib. 5.*)

II. Quemadmodum lignum vitis depositum in terra, suo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & dissolutum, multiplex surgit, per spiritum Dei, qui continet omnia; quæ deinde per sapientiam in usum hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Eucharistia fiant, quod est corpus & sanguis Christi: sic & corpora nostra ex ea nutrita & reposita in terram, & resoluta in ea, resurgent in suo tempore: Verbo Dei resurrectionem eis do-

I. Christo nuestro Señor por su inmenso amor se hizo lo que somos, para perfeccionarnos hasta ser lo que él mismo es.

II. Así como el sarmiento puesto en la tierra fructifica á su tiempo, y el grano de trigo cayendo en la tierra y deshaciéndose, se multiplica por el espíritu de Dios que todo lo contiene: estas cosas que vienen á ser útiles para el uso de los hombres por la sabiduría, percibiendo despues la palabra de Dios, se hacen Eucaristía, que es el cuerpo y sangre de Jusu-christo: así, nuestros cuerpos alimentados con esta Eucaristía, aunque los depositen en la tierra, y se deshagan en ella, han

de resucitar á su tiempo, dando el Verbo Divino la resurreccion para gloria de Dios Padre. (*Ibidem.*)

III. Así como Eva fué engañada con las palabras del Angel malo, para huir de Dios, habiendo quebrantado su precepto, así Maria fué evangelizada, ó se la anunció con las palabras del Angel bueno, para que lleváse en sus entrañas á Dios, obedeciendo á su palabra, para que Maria Virgen fuese abogada de Eva, virgen *in obediente*; y así como el linage humano quedó sujeto á la muerte por medio de una virgen, se vea libre por medio de otra Virgen, disponiendo

Dios con igualdad contra la desobediencia de una virgen la obediencia de otra Virgen.

IV. En todas partes predica la Iglesia la verdad; esta es la lumbrera que lleva la luz de Christo: aquellos, pues, que desamparan la predicacion de la Iglesia, arguyen de impericia á los santos Presbíteros, no considerando cuánta estimacion merece un idiota con religion, que un sofista, blasfemo y descarado.

III. Quemadmodum Eva per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, prævaricata verbum ejus, ita & Maria per Angelicum sermonem evangelizata est, ut importaret Deum, obediens ejus verbo; ut virginis Evæ, Virgo Maria fieret advocata. Et quemadmodum adstrictum est morti genus humanum per virginem, solvatur per virginem; æqua lance disposita virginalis inobedientiæ, per virginalem obedientiam. (*Ibidem.*)

IV. Ubique Ecclesia prædicat veritatem, & hæc est lucerna, Christi bajulans lumen. Qui ergo relinquunt præconium Ecclesiæ, imperitiam sanctorum Presbyterorum arguunt, non continuo considerando quanta estimacione pluris sit idiota religiosus, blasphemus & impudens, sophista.